



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE CLASSICO / SCIENTIFICO

LE CINQUE MODELLE DI UN FAMOSO PITTORE

Crotoniatae quondam, cum florerent, omnibus opibus in Italia, templum Iunionis egregiis picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleoten Zeuxin, qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is et ceteras complures tabulas pinxit, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani religionem remansit, et, ut excellentem muliebris formae pulchritudinem muta in se imago contineret, Helenae pingere simulacrum velle dixit; quod Crotoniatae, qui eum muliebris in corporis pictura plurimum omnibus praestare saepe acceperant, libenter audiverunt. Zeuxis ilico ab iis petivit ut virgines omnium formosissimas¹ in civitate deligerent. Tum Crotoniatae publico de consilio virgines unum in locum conduxerunt et pictori quam vellet eligere permiserunt. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi poetae memoriae prodiderunt, quod eius erantiudicio probatae, quipulchritudinis habere verum iudicium debuisset. Neque enim putavit omnia quae quaerebat ad venustatem, uno se in corpore reperire posse, quod nihil simplici in genere, omnibus ex partibus perfectum natura expolivit.

(da Cicerone)

Quesiti:

1. analizza il valore dei “*quod*” e degli “*ut*” presenti nel testo.
2. evidenzia il valore del participio “*conductum*”.
3. coniuga il congiuntivo presente dei verbi “*volo*”, “*possum*”; coniuga anche il congiuntivo presente attivo e passivo dei verbi “*existimo*” e “*pingo*”.
4. “*propter religionem*” che complemento è? In quali altri modi può essere espresso in latino?

¹ *Formosissimas*: superlativo relativo accusativo femminile plurale dell’aggettivo “*formosus*”.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL BIENNIO – SEZIONE LINGUISTICO / SCIENZE UMANE

TARQUINIO IL SUPERBO

Tarquinius nefando scelere regnum occupavit. Postquam enim Tulliam, Servii Tullii Romanorum regis filiam, in matrimonium duxerat, quod imperium appetebat, uxoris auxilio, socerum necavit. Statim rex Tarquinius nimia crudelitate Superbus cognominatus est. Nam multos nobiles cives vexavit aut occidit, multos in exsilium ire coegit. Strenuus tamen in bello fuit: Volscos subegit, Gabios civitatem vi fraudeque occupavit, cum Tuscis pacem fecit. Urbem Romam praeterea multis splendidisque aedificiis exornavit ac templum Iovi in Capitolio aedificavit. Cum autem Ardeam oppugnabat, imperium turpiter perdidit. Quoniam enim Romae eius filius iniuriam fecerat Lucretiae, nobili matronae, patricii tanta ira indignationeque arserunt ut populum ad seditionem concitaverint. Itaque omnes Tarquini familiares urbe expulsi sunt. Rex quoque, post Ardea Romam reditum, urbe exclusus est. Post regem exactum, Romani consules creaverunt.

Quesiti:

1. analizza i seguenti complementi: “*nefando scelere*”, “*Superbus*”.
2. individua i complementi di luogo.
3. declina il sostantivo “*vi*” al singolare e al plurale.
4. coniuga al congiuntivo presente e perfetto il verbo “*possum*”, il verbo “*facio*” (nella forma attiva) e il verbo “*cogo*” (nella forma passiva).
5. individua e analizza le proposizioni subordinate presenti nel testo.



Liceo Classico “G.B. Morgagni”

Concorso di traduzione dal latino “Tebaldo Fabbri”

PROVA DI TRADUZIONE PER IL TRIENNIO

UNA VICENDA INDEGNA E DRAMMATICA

Sequitur aliud in urbe nefas, ab libidine ortum, haud minus foedo eventu quam quod per stuprum caedemque Lucretiae urbe regnoque Tarquinius expulerat, ut non finis solum idem decemviris qui regibus sed causa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium virginis plebeiae stuprandae libido cepit. Pater virginis, L. Verginius, honestum ordinem in Algido ducebat, vir exempli recti domi militiaeque. Perinde uxor instituta fuerat liberique instituebantur. Desponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri et pro causa plebis expertae virtutis. Hanc virginem adultam forma excellentem Appius amore amens pretio ac spe perlicere adortus, postquam omnia pudore saepta animadverberat, ad crudelem superbamque vim animum convertit. Marco Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitatem adsereret neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias, quod pater puellae abesset locum iniuriae esse ratus. Virgini venienti in forum - ibi namque in tabernaculis litterarum ludi erant - minister decenviri libidinis manum iniecit, serva sua natam servamque appellans, sequique se iubebat: cunctantem vi abstracturum. Advocati puellae, cum Verginium rei publicae causa dixissent abesse, biduo adfuturum si nuntiatum ei sit, iniquum esse absentem de liberis dimicare, postulant ut rem integram in patris adventum differat, neu patiat virgine adultam famae prius quam libertatis periculum adire.

(Livio)

Il candidato rifletta sulla rappresentazione della condizione femminile che emerge dal testo (massimo 30 righe).